

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Vera Ivstificationis Notio Explicata

Hohe Schule Jena

Ienae, MDCCLXXV

VD18 13029932

Titelblatt

urn:nbn:de:gbv:45:1-16081

VERA IVSTIFICATIONIS NOTIO
EXPLICATA

COMMENTATIO THEOLOGICA

QVA

SACRA NATALITIA
IESV CHRISTI

PIE CELEBRANDA

INDICIT

ACADEMIA IENENSIS




E. Tac. Danou

I E N A E

EX OFFICINA FICKELSCHERRIA

cl̄l̄cc̄l̄xx̄v.





DEI GRATIA
CAROLVS AVGVSTVS

DVX SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM,
ANGARIAE ET GVESTPHALIAE, LANDGRAVIVS
THVRINGIAE, MARCHIO MISNIAE, COMES PRIN-
CIPIS DIGNITATE HENNEBERGAE, COMES MAR-
CAE ET RAVENSBERGAE, DYNASTA
RAVENSTEINII, REL.

RECTOR ACADEMIAE IENENSIS
MAGNIFICENTISSIMVS

S. D

CIVIBVS



Datam nobis ante annum hanc eandem Vos compellandi, Ciues, opportunitatem, meministis, eo nos maxime conuertisse, vt fidei hominis, quae in Iesum Christum fertur, vim iustificandi assereremus ac vindicaremus. Iam, quid ipsum illud iustificari sit, disquirere exque vsu sermonis scripturarum Vos edocere accuratius conabimur. Quae disputatio cum ad illustrandam magis eandem, in qua superior illa tractatio nostra versata est, diui Pauli de iustificatione praeceptionem, in Epistolis ad Romanos, Galatas, Ephesios et Philipenses obuiam, pertinebit, tum ad limandam perpoliendamque de hoc Paullinae disciplinae capite communem, quae in theologorum nostrorum libris regnat, sententiam non forte nihil conferet.

Ex certis autem vt disputatio principiis duci possit, reperamus ante alia licet, sollempnem obseruationem: vocabula, *δικαιοσυναι*, *δικαιοσυνη*, quae de hoc argumento Apostolus vsurpat, sic